sacramentum Confirmationis, est ae-
tas septem annorum circiter, quia 224
tunc incipiunt fieri tentationes, et po-
test sufficienter

的行為也不該怕信德的仇敵

577. 問用手拍臉是為什麼？

答主教用手輕輕的拍臉是要堅振的知道為相信耶穌基督的緣故該自己預備好受不論什麼凌辱不論什麼苦楚。

578. 問一總教友都該設法領堅振麼？

答是一總教友都該設法使自己和手下的人領堅振聖事。

579. 問幾歲可領堅振？

答大約七歲可領堅振因慣常這時起頭有誘惑又能

cognosci gratia hujus sacramenti, et
reminisce se illud recepisse.

590. P. Quae dispositiones requiruntur
ad digne recipiendum sacramentum
Confirmationis?

R. Ad digne recipiendum sacramen-
tum Confirmationis, oportet esse in gra-
tia Dei, cognoscere mysteria principa-
lia nostrae sanctae Fidei, et accedere
ad illud cum reverentia et devotione.

591. P. An peccaret ille, qui reciperet bis
Confirmationem?

R. Iste committeret sacrilegium, quia
Confirmatio est unum ex illis sacra-
mentis, quae imprimunt in anima ca-
racterem, et ideo possunt recipi semel
tantum.

592. P. Quid agere debet Christianus ad ser-
vandam gratiam Confirmationis?

R. Ad servandam gratiam Confirma-
tionis Christianus debet saepe orare, a-
gere bona opera, et vivere juxta legem
Jesu Christi sine respectu humano.

懂得堅振的恩典且容易記着已領過堅振的了

590. 問怎樣該預備領堅振

答預備領堅振靈魂上要緊有聖寵又該知道聖教奧妙道理並恭敬和熱心的樣子去領堅振

591. 問領兩次堅振有罪麼

答領兩次堅振的犯冒領聖事的罪因為領了堅振靈魂上已經受了印號所以單單可領一次

592. 問為保存堅振的聖寵教友該做什麼

答為保存堅振的聖寵教友該屢次祈求做善工守好耶穌基利斯督的誠命不怕什麼情面

593. P. Cur etiam in Confirmatione habentur patrini et matrinae?

R. Habentur etiam patrini, et matrinae, ut isti dirigant verbis et exemplis Confirmatum in viâ salutis, et eum adjuvent in militia spirituali.

594. P. Quaeenam conditiones requiruntur in patrino?

R. Patrinus debet habere aetatem convenientem: catholicus, confirmatus, instructus in rebus magis necessariis Religionis, et bonorum morum.

595. P. An patrinus Confirmationis contrahit aliquam cognationem cum Confirmato, et cum genitoribus illius?

R. Patrinus Confirmationis contrahit eandem cognationem spirituales, ac patrinus Baptismi.

593. 問、為什麼堅振時亦用到代父母、

答堅振時亦用到代父母就是要他們用好說話好表
樣引道代子女及相幫他們得勝靈魂上的對頭

594. 問代父母該有什麼資格、

答代父母該有相稱的年紀該是教友領過堅振了的、
明白聖教會要緊事情且有好表樣的、

595. 問堅振的代父母與代子女及代子女的父母結了親戚麼、

答堅振的代父母如聖洗的代父母與代子女有一樣
的神親、

Caput IV^{um}
De Eucharistia
Articulus I^{us}

De natura hujus Sacramenti, et de prae-
sentia reali Jesu Christi in eodem.

596. P. Quid est Eucharistia?

R. Eucharistia est Sacramentum, in quo
per admirabilem conversionem totius sub-
stantiae panis in Corpus Jesu Christi, et
substantiae vini in Eius pretiosum san-
guinem, continetur vere, realiter, et sub-
stantialiter Corpus, sanguis, Anima et Di-
vinitas ejusdem Jesu Christi Domini No-
stri sub speciebus panis et vini, ut sit
nostrum alimentum spirituale.

597. P. Est ne in Eucharistia idem Jesus Chri-
stus, qui est in Coelo, et

第四章講聖體聖事

第一節講聖體聖事的性質及耶穌基利斯督實在聖體中

596. 問聖體是什麼

答聖體是聖事把麵餅及酒的本質奇妙的樣子變成了耶穌基利斯督的身體與寶血以致耶穌的聖身聖血靈魂天主性真真實實在隱藏在麵酒形內做我們的糧

597. 問聖體內的耶穌基利斯督即是如今在天堂上及從

qui natus est in terra ex SS^{ma} Virgine?

R. Ita, in Eucharistia est vere idem Jesus Christus, qui est in Coelo, et qui natus est in terra ex SS^{ma} Virgine.

598. P. Cur credis in Sacramento Eucharistiae esse vere Jesum Christum?

R. Credo in Sacramento Eucharistiae esse vere praesentem Jesum Christum, quia hoc Ipse dixit, et hoc me docet Sancta Ecclesia.

599. P. Quaeenam est materia Sacramenti Eucharistiae?

R. Materia Sacramenti Eucharistiae est illa, quae adhibita fuit a Jesu Christo, id est panis triticinus et vinum vitis,

前聖母所生的耶穌麼

答是的，聖體內的耶穌基利斯督，即是如今在天堂及
從前聖母所生的耶穌。

598. 問怎麼樣你相信聖體內，真真實實在有耶穌基利斯督
呢。

答我相信聖體內真真實實在有耶穌基利斯督，因為耶
穌親自說過了，且聖教會也這樣教訓了我們的。

599. 問那個是聖體聖事的材料

答聖體聖事的材料，從前耶穌基利斯督自己用過的，
就是小麥麵餅及葡萄酒。

600. P. Quenam est forma Sacramenti Eucharistiae?

R. Forma Sacramenti Eucharistiae constat ex verbis adhibitis a Jesu Christo: "Hoc est Corpus meum; hic est sanguis meus."

601. P. Quid est ergo hostia ante consecrationem?

R. Hostia ante consecrationem est panis

602. P. Post consecrationem quid est Hostia?

R. Post consecrationem Hostia est verum Corpus Dⁿⁱ N^{ri} Jesu Christi sub specie panis.

603. P. Ante consecrationem in calice quid est?

R. In calice ante consecrationem est vinum cum aliquot guttis aquae

600. 問：那個是聖體聖事的模樣？

答：聖體聖事的模樣是耶穌基利斯督說過的話，即是
這是吾的身，這是吾的血。

601. 問：成聖體前，四斯弟亞是什麼？

答：成聖體前，四斯弟亞是麵餅。

602. 問：成聖體後，四斯弟亞是什麼？

答：成聖體後，四斯弟亞真是耶穌基利斯督的身體，隱
在麵餅形內的。

603. 問：成聖血前，聖爵內有什麼？

答：成聖血前，聖爵內有葡萄酒和清水教滴。

604. P. Post Consecrationem quid est in calice?

R. Post Consecrationem in calice est verus sanguis Dⁿⁱ N^{ri} Jesu Christi sub specie vini.

605. P. Quando fit conversio panis in Corpus, et vini in Sanguinem Jesu Christi?

R. Conversio panis in Corpus, et vini in Sanguinem Jesu Christi fit in actu ipso, quo sacerdos, inter Missam, profert verba consecrationis.

606. P. Quid est consecratio?

R. Consecratio est renovatio, per sacerdotem, miraculi facti olim a Jesu Christo in ultima coena, mutandi panem et vinum in suum Corpus, et in suum sanguinem adorandum, dicendo:

604. 問成聖血後聖爵內有什麼

答成聖血後聖爵內有真的吾主耶穌基利斯督的寶血，藏在酒形內。

605. 問什麼時候麪餅變耶穌基利斯督的聖體，酒變他的

聖血。

答彌撒中神父念祝聖的經，麪餅就變成耶穌基利斯督的聖體，酒變成他的聖血。

606. 問祝聖是什麼

答祝聖就是神父重新把耶穌基利斯督在建定聖體時所發過的聖蹟，餅變他的身，酒變他的血，說曰：這

- Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.³³
607. P. Quomodo appellatur ab Ecclesia miraculosa ista conversio panis et vini in Corpus et sanguinem Jesu Christi?
- R. Miraculosa haec conversio, quae quotidie officitur supra nostra altaria, appellatur ab Ecclesia Transubstantiatio.
608. P. Quis dedit tantam virtutem verbis consecrationis?
- R. Tantam virtutem verbis consecrationis dedit Ipse D^{ns} N^{rs} Jesus Christus, qui est Deus Omnipotens.
609. P. Post consecrationem an nihil remanet de pane et vino?
- R. Post consecrationem remanent tantum species panis et vini.

是吾的身。這是吾的血。

607. 問餅變耶穌基利斯督的聖身酒變他的聖血。這奇妙
的更變聖教會稱什麼名字。

答餅變耶穌基利斯督的聖身酒變他的聖血。這奇妙
的更變聖教會稱為本質的更變。

608. 問誰使這祝聖的話。有多大的能力。

答這祝聖的話。有很大的能力。是吾主耶穌基利斯督
全能天主付給的。

609. 問祝聖後。還剩下一些餅及酒麼。

答祝聖後。單剩下餅及酒的形像。

610. Q. Species panis et vini quid sunt?

R. Species panis et vini sunt quantitas et qualitas sensibiles panis et vini, sicut figura, color, sapor.

611. Q. Quo modo possunt remanere species panis et vini sine sua substantia?

R. Species panis et vini remanent mirabiliter sine sua substantia, per virtutem Dei Omnipotentis.

612. Q. Sub specie panis an est solum Corpus Jesu Christi, et sub specie vini an est solum Jus sanguinis?

R. Eam sub specie panis, quam sub specie vini est totus Jesus Christus vivens in Corpore, sanguine, Anima, et Divinitate.

610. 問餅及酒的形像是什麼

答餅及酒的形像即是大小與樣子如同式樣顏色滋味

611. 問怎麼樣能剩下餅及酒的形像倒底沒有餅與酒的本質

答因天主的全能餅及酒剩下形像不剩本質

612. 問麪形內只有耶穌基利斯督的聖身酒形內只有他的聖血麼

答麪形及酒形內都有完全活的耶穌基利斯督即是聖身聖血聖靈魂天主性

613. P. Scis mihi dicere, cur tam in hostia, quam in calice est totus Jesus Christus?

R. Tam in hostia, quam in calice est totus Jesus Christus, quia Ipse est in Eucharistia vivus et immortalis, sicut in Coelo; ideo ubi est Eius corpus, ibi etiam est Eius Sanguis, Anima et Divinitas; et ubi est Eius Sanguis, ibi etiam est Eius Corpus, Anima et Divinitas, quum haec omnia inseparabiliter sint in Jesu Christo.

614. P. Quando Jesus est in hostia, an cessat esse in Coelo?

R. Quando Jesus est in hostia non cessat esse in Coelo; sed eodem tempore est in Coelo et in $\text{S}^{\text{m}}\text{o}$ Sacramento.

615. P. An Jesus Christus est in omnibus hostiis consecratis totius Mundi?

613. 問、可解說我聽為什麼凹斯弟亞和聖爵內有完全的

耶穌基利斯督

答、麩形和酒形內有完全的耶穌基利斯督因為他是活的、又是不死的、如在天堂上一樣、所以那裡有聖體、亦有他的寶血、靈魂、及天主性、那裡有聖血、亦有他的聖體、靈魂、和天主性、因為這許多都分不開的

614. 問、耶穌在聖體內、天堂上不在麼

答、耶穌在聖體內、沒有離開了天堂、倒底同時也在聖體內、也在天堂上、

615. 問、耶穌基利斯督在一總世界上的凹斯弟亞內麼

R. Ita, Jesus Christus est in omnibus
hostiis consecratis.

616. P. Quomodo potest fieri, ut Jesus Christus sit in omnibus hostiis consecratis?

R. Jesus Christus est in omnibus hostiis consecratis per Omnipotentiam Dei, cui nihil est impossibile.

617. P. Quando frangitur hostia, frangitur ne Corpus Jesu Christi?

R. Quando frangitur hostia, non frangitur Corpus Jesu Christi; sed franguntur solummodo species panis.

618. P. In qua parte hostiae remanet Corpus Jesu Christi?

R. Corpus Jesu Christi remanet integrum in omnibus partibus, in quas hostia fracta divisa fuit.

619. P. An Jesus Christus est aequè in hostia majori ac in parte aliqua hostiae?

616. 答是。的耶穌基利斯督在一總世界上的凹斯弟亞內。
問怎麼樣耶穌基利斯督能在一總凹斯弟亞內。

617. 答因天主的全能耶穌基利斯督在一總凹斯弟亞內。
問幾時分開凹斯弟亞耶穌基利斯督亦分開麼。

618. 答幾時分開凹斯弟亞耶穌基利斯督的聖體不分開。
分開的是麪餅的形像。

619. 問耶穌基利斯督的聖體在那一分凹斯弟亞內。
答凹斯弟亞分了不論那一分內有耶穌基利斯督完
全的身體。

619. 問大的凹斯弟亞內或小的一分內耶穌基利斯督都

R. Eam in magna hostia, quam in particula calicis hostiae est idem Jesus Christus.

620. P. Ob quam rationem servatur in Ecclesia SS^{ma} Eucharistia?

R. SS^{ma} Eucharistia servatur in Ecclesia, ut adoretur a fidelibus, et afferatur ad infirmos juxta necessitates.

621. P. An debet adorari Eucharistia?

R. Eucharistia debet adorari ab omnibus, quia continet vere, realiter, et substantialiter Ipsum Dominum Nostrium Jesum Christum.

在麼。

答。大的四斯弟亞內。或小的。一分內。耶穌基利斯督都在。

620. 問。為什麼聖堂內供聖體。

答。聖堂內供聖體。要教友能朝拜他。又要遇着要緊。可送聖體於病人。

621. 問。聖體該朝拜麼。

答。一總人都該朝拜。因為聖體內真真實實在有吾主耶穌基利斯督的本體。

Articulus II^{us}

De institutione et de effectibus Sacramenti Eucharistiae

622. Q. Quo tempore Jesus Christus instituit Sacramentum Eucharistiae?

R. Jesus Christus instituit Sacramentum Eucharistiae in ultima coena facta cum suis Discipulis, nocte ante suam passionem.

623. Q. Cur Jesus Christus instituit Sacramentum Eucharistiae?

R. Jesus Christus instituit Sacramentum Eucharistiae ob tres rationes praecipuas:

1^a Ut esset Sacrificium novae legis.

2^a Ut sit cibus animae nostrae.

3^a Ut sit memoriale perpetuum suae Passionis et Mortis, et pignus pretiosum sui amoris erga nos, et Vitae aeternae

624. Q. Cur Jesus Christus instituit istud Sacramentum sub speciebus panis et vini?

第二節講立定聖體及聖體的效驗

612 問耶穌基利斯督幾時立定了聖體聖事

答耶穌基利斯督立定聖體聖事在末次與宗徒等吃
巴斯加的時候即受難前一夜

623 問為什麼耶穌基利斯督立定聖體聖事

答耶穌基利斯督立定聖體聖事最大的緣故有三樣
第一要他做新教的聖祭第二做我們靈魂的神糧
第三常常做他受難釘死的記念及他愛情并常生
憑據

224 問為什麼耶穌基利斯督用起餅與酒立定這件聖事

R. Jesus Christus instituit hoc Sa-
cramentum sub speciebus panis et vi-
ni, quia Eucharistia debet esse no-
strum alimentum spirituale, et ideo
erat conveniens, ut nobis daretur
in forma cibi et potus.

625. Q. Quosnam effectus producit in no-
bis S^ma Eucharistia?

R. Effectus principales, quos S^ma Eu-
charistia producit in nobis Digne
recipientibus, sunt isti: 1^o Conservat
et auget vitam animae, id est grati-
am, sicut cibus materialis sustinet
et auget vitam corporis. 2^o Remittit
peccata venialia et praeservat a
mortalibus. 3^o Producit spirituales
consolationem.

626. Q. S^ma Eucharistia an non produ- 237
cit in nobis alios effectus?

R. Ita, S^ma Eucharistia producit
in nobis alios tres effectus, nempe:
1^o Abinuit nostras passiones, praeser-
tim reprimit flammam concupiscentiae
2^o Auget in nobis fervorem charitatis
erga Deum et erga proximum,

答、耶穌基利斯督用麩餅與酒、立定這件聖事、因為聖體聖事、既是我們的神糧、所以用飲食的樣子、給我們領、確是相稱的、

625. 問、聖體在我們靈魂上、有什麼效驗、

答、善領聖體、有三個最大的效驗、第一、保存和長大靈魂的性命、如同糧食、養活和長大肉身的性命、第二、赦免小罪、阻當犯大罪、第三、給我們神慰、

626. 問、聖體聖事、還給我們別的效驗麼、

答、是的、聖體聖事、還給我們別的效驗、第一、壓住肉情、和消滅私慾的火、第二、加增我們愛天主、愛人的熱、

et adiuvat ad operandum juxta desideria Jesu Christi.

3^o Dat nobis pignus gloriae futurae et ipsius Resurrectionis nostri corporis.

Articulus III^{us}.

De dispositionibus necessariis ad bene communicandum.

627. P. An Sacramentum Eucharistiae producit semper in nobis suos mirabiles effectus?

R. Sacramentum Eucharistiae producit in nobis suos mirabiles effectus, quando recipitur cum debitis dispositionibus.

628. P. Quot res sunt necessariae ad bonam Communionem?

R. Ad bonam Communionem sunt necessariae tres res. 1^o Esse in gratia Dei. 2^o Esse jejunum a media nocte usque ad Communionem. 3^o Scire quid recipitur, et accedere ad Communionem cum devotione

情又幫助我們做不拘什麼照耶穌基利斯的願意第三給我們將來升天又肉身復活的憑據

第三節講預備領聖體

627. 問聖體常給我們靈魂上奧妙的效驗麼

答若我們好好預備領聖體就給我們靈魂上奧妙的效驗

628. 問善領聖體有幾樣要緊的預備

答善領聖體要緊的預備有三樣一靈魂上有天主聖寵二守空心齋自半夜至領聖體止三該懂明領的

629. P. Quid significat esse in gratia Dei?

R. Esse in gratia Dei significat, habere conscientiam puram et mundam ab omni peccato mortali.

630. P. Qui scit se esse in peccato mortali, quid agere debet ante Communionem?

R. Qui scit se esse in peccato mortali, debet ante Communionem agere bonam Confessionem, quum non sufficiat actus contritionis perfectae, sine Confessione, illi qui est in peccato mortali, ut possit communicare uti Decet.

631. P. Cur non sufficit actus etiam Contritionis perfectae illi, qui scit esse in peccato mortali, ut possit Communicare?

R. Non sufficit, quia Ecclesia constituit ob reverentiam ad istud Sacramentum, ut qui habet peccatum mortale, non audeat agere Communionem, nisi antea egerit Confessionem.

是什麼又熱心去領。

629.

問：靈魂上有天主聖寵，是什麼意思。

答：靈魂上有天主聖寵，即是心中潔淨，沒有大罪。

630

問：若人知道有大罪，領聖體前該做什麼。

答：若人知道有大罪，領聖體前該辦妥當神工。因為有了大罪，單單發上等痛悔，不辦神工，為領聖體不敷。問：為什麼緣故，有了大罪，領聖體前單單發上等痛悔，還不敷呢。

631.

答：有了大罪，領聖體前單單發上等痛悔不敷，因為聖教會定當為敬重這件聖事。若有罪，該辦神工，然後

632. P. Si quis communionem ageret in peccato mortali, reciperet ne Jesum Christum?

R. Si quis communicaret in peccato mortali, reciperet quidem Jesum, sed non Eius gratiam, quin imo committeret sacrilegium et incurreret sententiam damnationis.

633. P. Quodnam jejunium requiritur ante Communionem?

R. Ante Communionem requiritur jejunium naturale, quod frangitur per minimum quid, quod recipitur per modum cibi, vel potus.

634. P. Si quis deglutiret aliquid relictum inter dentes, vel guttulam aquae ingressam in os, posset ne adhuc communicare?

R. Si quis deglutiret aliquid relictum inter dentes, vel guttulam aquae in lotionem,

領聖體。

692. 問有了大罪領聖體領到耶穌基利斯督麼。

答有了大罪領聖體領到耶穌基利斯督不但得不着他的聖寵反犯了一個冒領聖體的大罪該受永罰。

693. 問領聖體前該守什麼齋。

答領聖體前該守空心齋即是或吃了或噎了一些東西就不算的了。

694. 問若吃的東西刺在牙齒內嚥下了或嚥下一滴水可領聖體麼。

答若嚥下牙齒內剩下的小東西或洗臉時偶然嚥下

posset communicare, quia tunc ista, non sumuntur per modum cibi vel potus, vel jam amiserunt illam naturam.

635. P. An est unquam permissum communicare non jejunum?

R. Communicare non jejunum permittitur infirmis in periculo mortis, vel illi, qui obtinuit specialem facultatem a Papa ob rariam longam infirmitatem. Communio autem infirmorum in periculo mortis, vocatur Viaticum, quia illos sustentat in itinere, quod faciunt de hac vita ad Aeternitatem.

636. P. Quid significat "scire quid sit, quod recipitur"?

R. "Scire quid sit quod recipitur" significat cognoscere illa, quae docentur circa hoc Sacramentum in doctrina Christiana, et ista firmiter credere. 241

637. P. Quid significat communicare cum devotione?

一滴水可以領聖體，因為這些東西不能算是飲食，且有時已失了他的性了。

635. 問：不守空心齋，能領聖體麼？

答：不守空心齋，為生病有死的危險，是可以的，或因久在病中，得了教皇寬免，也可以的。這樣臨終聖體，叫路糧，就是撫養病人。從今世到後世的路。

636. 問：方纔說的，該懂明領的是什麼？有什麼解說？

答：該懂明領的是什麼，即是知道這聖體聖事的道理，並真心相信他。

637. 問：熱心去領聖體，什麼解說？

R. Communicare cum Devotione significat accedere ad Sanctam Communionem cum humilitate et modestia sic in persona, quam in vestitus, ante praemittere praeparationem, et post Sanctam Communionem gratias agere

638. P. In quo consistit praeparatio ante Communionem?

R. Praeparatio ante Communionem consistit in praevia consideratione illius, quem recepturi sumus, et quid nos ipsi sumus per aliquod tempus; et dicere actus Fidei, spei, Charitatis, Contritionis, adorationis, humilitatis, et Desiderii recipiendi Jesum Christum.

639. P. In quo consistit actio gratiarum?

R. Actio gratiarum post Communionem consistit in manendo recollecti honorando intra nos Dominum; renovando actus Fidei, spei, Charitatis, adorationis, oblationis, petitionis specialiter illarum gratiarum, quae magis sunt necessariae nobis et illis, pro quibus orare tenemur.

答熱心去領聖體即是解說去領聖體該謙遜人與衣服都該端正領聖體前好好預備領後該謝聖體

638. 問領聖體前該有什麼預備

答領聖體前的預備就是想我去領什麼又想我是誰於是發信望愛三德併發痛悔朝拜謙遜及願意領耶穌基利斯督等情

639. 問謝聖體是什麼

答謝聖體即是吾主在我心中我該朝拜他再發信望愛三德恭敬感謝奉獻祈求為自己或為別人我應該為他們求主的不拘什麼要緊恩典

640. P. Quid debet fieri in die Communio-
nis ?

R. In die Communio-
nis oportet esse
magis recollectos, quam possibile est, oc-
cupari in operibus pietatis, et adim-
plere cum maiore diligentia officia
status proprii.

641. P. Post sanctam Communionem quan-
to tempore Iesus Christus manet in
nobis ?

R. Post sanctam Communionem Je-
sus Christus remanet in nobis per
suam gratiam usque donec non pec-
cet quis mortaliter; et per suam rea-
lem praesentiam manet in nobis us-
que dum non sint consumptae species
sacramentales.

Articulus IV^{us}

De modo Communicandi.

642. P. Quomodo oportet se praesentare in
actu receptionis sanctae Communionis?

640. 問領聖體的日子該做什麼。

答領聖體的日子該格外盡力斂我的心做善功用。心盡我的本分。

641. 問領聖體後耶穌基利斯督在我們心中有多少時候。答領聖體後若不犯大罪耶穌基利斯督用自己的聖寵常常居我們心中。但耶穌實在的聖體在我們心中直到麩形消化。

第四節講領聖體的規範

642. 問領聖體的時候該是怎樣。

R. In actu recipiendi Sanctam Communionem oportet genuflexos esse, tenere caput mediocriter elevatum, oculos modestos, et intrantes sacram particulam, os sufficienter apertum, et linguam tantisper emissam super labium.

643. P. Quomodo oportet tenere tabuleam, vel tabellam Communionis?

R. Oportet tenere tabuleam, vel tabellam Communionis ita, ut possit recipere hostiam, si forte caderet.

644. P. Quando debet deglutiri sacra particula?

R. Debemus curare, ut quanto citius deglutiamus sacram particulam, et aliquanto temporis abstinere a sputis.

645. P. Si sacra hostia adhaereret palato, quid oporteret facere?

R. Si sacra hostia adhaereret palato, oporteret illam inde disjungere per linguam, et nunquam per digitum.

答領聖體的時候該跪下頭該稍仰眼睛端正仰視聖體張開口伸出舌頭

643.

問為怎麼手裡該拿領聖體布或領聖體板

答手內該拿領聖體布或板就是要聖體有時落下落在布上不落地下

644.

問凹斯弟亞幾時該咽下

答凹斯弟亞該即咽下越速越好併該畧耐一時勿要吐什麼

645.

問若聖體貼在上脣該做什麼

答若聖體貼在上脣該用舌頭銜下萬不可用手指碰

Articulus V^{us}
De praecepto Communicandi.

646. P. Quando tenemur Communicare?
R. Tenemur communicare quotannis in Paschate Resurrectionis, quisque in sua propria parocchia, et insuper in periculo mortis.
647. P. A qua aetate incipit urgere praeceptum Communionis Paschalis?
R. Praeceptum Communionis Paschalis incipit urgere ab aetate, in qua puer est capax accedere cum debitis dispositionibus.
648. P. An peccant illi, qui jam per aetatem capaces sunt, ut admittantur ad Communionem, et tamen non Communicant?

他。

第五節講領聖體的誠命

646. 問幾時該領聖體。

答每年在復活瞻禮前後該在本會堂內領聖體。又臨終的時候亦然。

647. 問幾歲起頭守領聖體的誠命

答領聖體的誠命幾時小孩子能好好預備這時該領聖體了。

648. 問年紀已長能領聖體而不領有罪麼

R. Qui jam per aetatem capaces sunt, ut admittantur ad Communionem, non tamen communicant, vel quod culpabiliter nesciunt necessaria, vel quod nolunt, sine dubio isti peccant. Insuper etiam eorum genitorires, vel qui eorum vices gerunt, etiam peccant, si dilatio a Communionem ex sua culpa derivat, et de hac rationem Deo reddere magnam debebunt.

649. P. An bonum et utile est saepe communicare?

R. Optimum est saepe communicare, dummodo fiat cum debitis dispositionibus.

650. P. Qua frequentia potest quis communicare?

R. Quisque potest communicare illa majori frequentia, quam suadebit pius et doctus Confessarius.

Nota

Juxta recentiores litteras Encyclicas Pii IX., optimum est quotidie, vel saltem frequentissime sumere Eucharistiam.

答：年紀已長，能領聖體而不領，或不願領，或疏忽不懂要理，必定有罪。另外他們的父母，或父母不在，他們的嫡親長上，因自己疎忽，不能使小孩子早領聖體，都有罪。日後天主臺前，該還出這理。

649. 問：屢次領聖體，好麼？有用麼？

答：若能好好預備，屢次領聖體，是很好的。

650. 問：怎樣可說屢次領聖體？

答：商量了熱心，及明白的聽神工神父，就可屢次領聖體，但越勤越好。

近來教皇庇護第十位，頒諭普世勤一總教友，至好天天領聖體，倘不能天天領，至少一主日內領得愈多愈妙。

Caput V.^{um}
De Sancto Sacrificio Missae
Articulus I.^{us}
De essentia, de institutione et de finibus
Sancti Sacrificii Missae

651. Q. An Eucharistia debet considerari
tantum ut Sacramentum?

R. Eucharistia praeterquam quod sit
sacramentum, est etiam permanens
sacrificium novae legis, quod Jesus
Christus reliquit suae Ecclesiae, ut of-
ferretur Deo per manus suorum Sa-
cerdotum.

652. Q. In quo, generaliter, consistit Sacri-
ficium?

R. Sacrificium, in genere, consistit
in oblatione alicujus rei sensibilis
Deo, et in ejusdem quacumque destruc-
tione, ad recognoscendum supremum
Dei Dominium super nos et super om-
nes res.

第五章講彌撒祭獻

第一節講彌撒祭獻的性質定制宗向

651. 問聖體可單是一件聖事麼

答聖體不單是一件聖事亦是新教內耶穌基利斯督交付聖教會使司鐸們常常祭獻天主的一件聖祭

652. 問聖祭混稱是什麼

答聖祭混稱是把一樣有形的東西獻於天主後來把這東西畧滅了是為認得天主係我們人及萬物的大主宰

653. P. Istud sacrificium novae legis quomodo vocatur?

R. Istud sacrificium novae legis vocatur Sancta Missa.

654. P. Quid est ergo Sancta Missa?

R. Sancta Missa est sacrificium Corporis et Sanguinis Jesu Christi, oblatum super nostra altaria, sub speciebus panis et vini, in memoriam sacrificii Crucis.

655. P. Sacrificium Missae an est substantialiter idem atque illud Crucis?

R. Sacrificium Missae est substantialiter idem atque illud Crucis, quatenus idem Jesus Christus, qui se obtulit super Crucem, est ille qui offertur per manus sacerdotum, suorum ministrorum, super nostra altaria; sed quatenus

653.

問新教內的聖祭叫什麼。

答新教內的聖祭叫彌撒。

654.

問彌撒是什麼。

答彌撒是耶穌基利斯督聖身寶血的聖祭。在祭臺上
獻的。隱藏在麪酒形內。為記念從前在十字架上祭
獻自己了。

655.

問彌撒聖祭與十字架聖祭是一樣的麼。

答彌撒聖祭與十字架上聖祭論到耶穌是一樣的。因
為從前他在十字架上自己獻自己於天主。與現在
司鐸們在祭臺上把他獻給天主。是一樣的。但論到

ad modum oblationis sacrificium Missae
differt a sacrificio Crucis, retinens ta-
men cum illo maxime intimam et es-
sentialem relationem.

656. P. Quoniam ergo Differentia et relatio
est inter sacrificium Missae et illud
Crucis?

R. Inter sacrificium Missae et illud
Crucis est haec Differentia et relatio,
Jesus Christus in Cruce se obtulit effun-
dens suum sanguinem, et merendo pro
nobis: dum super altare Ipse offert se
sine effusione sanguinis, et applicat
nobis fructus suae Passionis et Mortis.

657. P. Quamnam aliam relationem habet
sacrificium Missae cum illo Crucis?

R. Alia relatio sacrificii Missae cum
illo Crucis est haec; sacrificium

獻的樣子兩個祭獻確有分別，不過內中的至理，仍是相關的。

656. 問：彌撒聖祭與十字架上的聖祭有什麼分別？有什麼相關？

答：彌撒聖祭與十字架上的聖祭，分別與相關在這裡，就是從前耶穌基利斯督在十字架上祭獻自己，親自流血為救贖我們，現在在祭臺上祭獻自己，沒有流血，但受難釘死的好處也給了我們。

657. 問：彌撒聖祭與十字架聖祭還有別的相關麼？

答：彌撒聖祭與十字架聖祭有別的相關，即是彌撒聖

Missae repraesentat sensibiliter effusionem sanguinis Jesu Christi super Crucem, quia in virtute verborum Consecrationis sub specie panis fit praesens tantum Corpus, et sub specie vini fit praesens tantum Sanguis nostri salvatoris; quamvis propter naturalem concomitantiam, et propter unionem hypostaticam sit praesens sub utraque specie Jesus Christus vivus et verus.

658. P. Nonne Sacrificium Crucis est unicum Sacrificium novae legis.?

R. Sacrificium Crucis est unicum Sacrificium novae legis, quatenus per illud Dominus placavit Divinam Justitiam, acquisivit omnia merita necessaria ad nostram salutem, et ita implevit ex parte sua nostram Redemptionem. 250
Ista merita Ipse tamen nobis applicat per media ab eo instituta in sua Ecclesia, inter quae est Sanctum Sacrificium Missae.

祭表明耶穌基利斯督在十字架上流的聖血，因為照成聖體經的本義，麩形內單有耶穌的聖體，酒形內單有耶穌的聖血，只因本性的連絡及兩性的結合，各形內完全有真的活的耶穌。

658.

問：十字架的聖祭，可是新教內惟一的聖祭麼？

答：十字架的聖祭，是新教內惟一的聖祭，因為吾主耶穌用十字架的聖祭，挽回天主的公義，得了一總要緊功勞，為救我們，這樣兜他盡了救世的工夫，現在付給我們這個功勞，用他所立定的各法，其中彌撒聖祭，亦是一法。

659. P. Ad quos fines ergo offertur sacrificium Sanctae Missae?

R. Sacrificium Sanctae Missae offertur Deo ob quatuor fines;

1^o Ad honorandum Deum, ut decet, et vocatur Latrenticum.

2^o Ad gratias agendas pro suis beneficiis, et vocatur inde Eucharisticum.

3^o Ad Deum placandum, ut detur ei debita satisfactio pro nostris peccatis, et pro suffragio animarum Purgatorii, et proinde vocatur Propitiatorium.

4^o Ad obtinendas omnes gratias nobis necessarias, et ideo vocatur Impetratorium.

660. P. Quis offert Deo sacrificium Sanctae Missae?

R. Primus et principalis oblato sacrificii Sanctae Missae est Jesus Christus, et sacerdos est minister, qui in nomine Jesu Christi offert idem sacrificium Patri Aeterno.

661. P. Quis instituit sacrificium Sanctae Missae?

251

659.

問然則彌撒聖祭有什麼宗向

答彌撒聖祭有四樣宗向第一是好好光榮天主所以
叫欽崇的聖祭第二是謝天主所賜諸恩所以叫感
謝的聖祭第三是平息天主的義怒及補贖我們所
犯的罪也為煉靈轉求所以叫補贖的聖祭第四是
求要緊恩典所以叫求恩的聖祭

660.

問誰个獻彌撒聖祭于天主

答第一最大的獻者即是耶穌基利斯督後來是司鐸
們用耶穌聖名為主禮祭獻這個聖祭於天主聖父
問立定了彌撒聖祭

661.

R. Sacrificium sanctae Missae Iesus
Christus Ipse instituit, quando instituit
Sacramentum Eucharistiae; et dixit,
ut fieret in memoriam suae Passionis.

662. P. Cui offertur Sancta Missa?

R. Sancta Missa offertur soli Deo.

663. P. Si Sancta Missa offertur soli Deo,
cur celebrantur tot Missae in honorem
S^{mae} Virginis et Sanctorum?

R. Missa quae celebratur in honorem
S^{mae} Virginis et Sanctorum, est semper
sacrificium oblatum soli Deo: dicitur
autem celebrata in honorem S^{mae} Vir-
ginis et Sanctorum, ad gratias agen-
das Deo pro donis collatis illis, et ad
obtinendas a Deo per eorum interces-
sionem abundantius gratias nobis
necessarias.

答彌撒聖祭是耶穌基督在建立聖體時候親自立定的他對宗徒們說過亦該行此為記念他的苦難

662. 問彌撒聖祭獻給誰个

答彌撒聖祭單單獻給天主

663. 問若彌撒聖祭單單獻給天主為什麼做許多彌撒為恭敬聖母及聖人呢

答恭敬聖母及聖人的彌撒也是單單獻給天主獻給天主的聖祭但說了為恭敬聖母及聖人的即是為謝天主賞賜他們的恩典又因他們的轉求使我們

664 P. Quis est particeps fructuum Missae?
R. Cetera Ecclesia participat de fructibus Missae; sed specialiter 1^o Sacerdos et illi, qui assistunt Missae, qui considerantur uniti Sacerdoti. 2^o illi pro quibus applicatur Missa, qui possunt esse tum vivi tum defuncti.

Articulus II^{us}

De modo assistendi Missae.

665 P. Quaeenam necessaria sunt ad bene et fructuose assistendum Sanctae Missae?

R. Ad bene et fructuose assistendum Sanctae Missae duo sunt necessaria: 1^o Modestia personae.
2^o Devotio cordis

能得天主許多要緊的恩典。

664. 問誰個有分彌撒的好處。

答彌撒的好處合聖教會完全有分的。倒底第一特是做彌撒的司鐸及望彌撒的人。因也算同司鐸一塊兒的。第二特為什麼人獻的彌撒或為生者或為死者。

第二節講望彌撒的樣子

665. 問要望彌撒有益處的有幾樣要緊。

答要望彌撒有益處的要緊有兩樣。一身體端正。二心

666. *P.* In quo consistit modestia personae?

R. Modestia personae consistit in modo speciali, ut simus modeste vestiti, in servando silentium et recollectionem, et quae possibile est, genuflectendo, excepto per duo Evangelia, quae audienda sunt stando.

667. *P.* In auscultando Sanctam Missam qualis est melior modus adhibendi devotionem cordis?

R. In auscultando Sanctam Missam melior modus adhibendi devotionem cordis est sequens:

1^o Unire jam a principio propriam intentionem intentioni sacerdotis, offerendo Deo Sanctum sacrificium ad fines, ob quos fuit institutum.

2^o Comitari sacerdotem in quaque prece, in actione sacrificii. 254

3^o Meditari Passionem et Mortem Jesu Christi, et ex corde abhorere peccata, quae causa fuerunt illius.

4^o Communicare sacramentaliter, vel saltem spiritaliter, quando sacerdos communicat.

中熱心。

666. 問：身體端正是什麼。

答：身體端正，即是衣服要清潔，要默靜，要收心，要跪下。除了兩次念新經時可站起。

667. 問：望彌撒時，怎麼樣熱心算好了。

答：望彌撒時熱心，即是第一從彌撒起，頭把自己的意思與司鐸同心合意，祭獻天主，完全照立定彌撒的宗向，第二相伴司鐸所念的經言，所行的禮節，第三默想耶穌基利斯督受難釘死及痛悔自己的罪，即是他苦難的緣由，第四司鐸領聖體，我也領聖體，至

668. *P.* Quid est Communio Spiritualis?

R. Communio spiritualis est magnum desiderium conjungi sacramentaliter cum Jesu Christo, dicendo. ex. gr.: "Domine mi, Jesu Christe, ego toto ex corde desidero uniri tecum nunc et per totam aeternitatem": et faciendo eosdem actus, qui fiunt ante et post Communionem sacramentalem.

669. *P.* Recitare Rosarium vel alias preces per Missam impedit ne illam audiam cum fructu?

R. Recitare istas preces non impedit audire sanctam Missam cum fructu, dummodo satagat quis sequi actionem sancti sacrificii.

少神領聖體

668. 問神領聖體是什麼

答神領聖體就是很願意與耶穌基利斯督結合如同
實領一般比方說吾主耶穌基利斯督吾全心願與
爾結合自今迄於無窮世且領的前後也同實領一
樣發出諸情

669. 問望彌撒時念玫瑰經或別樣經阻當望彌撒的好處
麼

答望彌撒時若能知道彌撒的所在念經便不阻當望
彌撒的好處

670. *P.* An est etiam bonum orare pro aliis
adsistendo Sanctae Missae?

R. Bonum est etiam orare pro aliis
adsistendo Sanctae Missae, quin
imo tempus Sanctae Missae est ma-
gis opportunum ad orandum pro vivis
et pro defunctis.

671. *P.* Missa absoluta quid deberet fieri?

R. Missa absoluta, oporteret gratias
agere Deo, eo quod nobis largitus fue-
rit gratiam adsistendi isti magno Sa-
crificio, et veniam petere defectuum
in adsistendo commissorum.

Caput VI^m

De Poenitentia.

Articulus I^{us}

De Poenitentia in genere.

672. *P.* Quid est Poenitentia?

670. 問彌撒中為他人祈求好處。

答彌撒中為別人求天主是很好好的，並且這時為生的死的求天主是更相宜的。

671. 問彌撒畢後該做什麼。

答彌撒畢後該謝天主賞賜望彌撒的恩典，並且求天主寬免望彌撒時所犯的罪過。

第六章講告解聖事

第一節總論告解聖事

672. 問告解是什麼。

R. Pœnitentia, dicta etiam Confessio, est sacramentum institutum a Jesu Christo ad condonanda peccata commissa post Baptismum.

673. Q. Cur huic Sacramento datur Nomen Pœnitentiae?

R. Huic Sacramento datur Nomen Pœnitentiae, quia ad obtinendam peccatorum condonationem necessarium est illa detestari per pœnitentiam, et quia ille, qui culpam commisit, debet se subicere pœnae a sacerdote impositae.

674. Q. Cur istud Sacramentum vocatur etiam Confessio?

R. Istud Sacramentum vocatur etiam Confessio, quia ad obtinendam peccatorum condonationem non sufficit illa detestari; sed est necesse accusare illa apud sacerdotem, id est illa confiteri.

675. Q. Quando Jesus Christus instituit Sacramentum Pœnitentiae?

答告解也稱痛告是耶穌基利斯督所立定的聖事為
赦領洗後所犯的罪

673

問為什麼這件聖事亦稱痛告聖事

答告解聖事亦稱痛告聖事因為若要赦罪先該痛悔
補贖自己的罪且犯了罪該願意做司鐸所命的補
贖

674

問為什麼這件聖事亦稱告解

答這件聖事亦稱告解因為若要赦罪單痛悔不敷
還該告訐司鐸自己的罪這就是告罪

675

問耶穌基利斯督在什麼時候立定告解聖事

R. Jesus Christus instituit Sacramentum Poenitentiae in die suae Resurrectionis, quando ingressus Coenaculum, solemniter dedit suis Apostolis facultatem remittendi peccata.

676. Q. Quomodo Jesus Christus dedit suis Apostolis facultatem remittendi peccata?

R. Jesus Christus dedit suis Apostolis facultatem remittendi peccata, insufflans super illos, et dicens: "Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt."

677. Q. Quaesnam est materia Sacramenti Poenitentiae?

R. Materia Sacramenti Poenitentiae dividitur in remotam et proximam. Materia remota constituitur per peccata commissa a poenitente post Baptismum, et materia proxima constituitur per actus poenitentis ipsius, id est Contritio, Accusatio et Satisfactio.

答耶穌基利斯督立定告解聖事在自己復活的日子
准了建定聖體的大廳付宗徒們赦罪的權柄

676.

問怎麼樣耶穌基利斯督付宗徒們赦罪的權柄

答耶穌基利斯督付宗徒們赦罪的權柄向他們吹了
氣對他們說你們領聖神罷誰个罪你們赦即是赦
了若你們不赦即是不赦

677.

問那個是告解聖事的材料

答告解聖事的材料有兩樣有遠的有近的遠的即是
領洗後所犯的罪近的即是辦神工人的工夫如痛
悔告明補贖

678. P. Quænam est forma Sacramenti Pœnitentiæ?

R. Forma Sacramenti Pœnitentiæ est ista: "Ego te absolvo a peccatis tuis".

679. P. Quis est Minister Sacramenti Pœnitentiæ?

R. Minister Sacramenti Pœnitentiæ est Sacerdos approbatus ab Episcopo ad audiendas Confessiones.

680. P. Cur dixisti Sacerdotem debere esse approbatum ab Episcopo?

R. Sacerdos debet approbari ab Episcopo ad audiendas Confessiones, quia ad valide administrandum istud Sacramentum, non sufficit potestas Ordinis; sed necessaria est etiam potestas jurisdictionis, id est facultas judicandi, quæ debet dari ab Episcopo.

681. P. Quot sunt partes Sacramenti Pœnitentiæ?

R. Partes Sacramenti Pœnitentiæ sunt: Contritio, Confessio, et Satisfactio pœnitentis, et Absolutio Sacerdotis.

678. 問：那個是告解聖事的模範？

答：告解聖事的模範，即是赦罪經。念說我赦你的罪。

679. 問：誰是告解聖事的主禮？

答：告解聖事的主禮，即是經主教准許聽神工的司鐸。

680. 問：為什麼該經主教准許的司鐸？

答：該經主教准許的司鐸，聽神工，因為辦這件聖事，單有神品的權柄，不設另外要有裁判的權柄，就是許能判斷的。這必須經主教付給。

681. 問：告解聖事分幾分？

答：告解聖事分四分，即是痛悔、告明、補贖及司鐸赦罪。

682. P. Quid est Contritio, vel Dolor peccatorum?

R. Contritio, vel Dolor peccatorum est animi displicentia, per quam detestamur peccata commissa, et proponimus non amplius alia committere in posterum.

683. P. Quid significat vox "Contritio"?

R. Haec vox "Contritio" significat fractionem et usionem, sicut quando lapis tunditur et reducitur in pulverem.

684. P. Cur datur nomen contritionis Dolori peccatorum?

R. Datur nomen contritionis Dolori peccatorum, ad significandum cor durum peccatoris aliquo modo conteritur ob Dolorem offendisse Deum.

685. P. In quo consistit Confessio peccatorum?

682. 問痛悔是什麼。

答痛悔即是心裡難過惱恨自己的罪定心改過以後
再不敢犯。

683. 問痛悔這兩字有什麼解說。

答痛悔兩字的意思即是破及碎的解說如同一塊石頭搗毀變成灰塵。

684. 問為什麼恨罪要用痛悔二字。

答恨罪要用痛悔二字是為表明罪人硬心現在悔恨
得罪天主如同搗毀破碎一般。

685. 問告明是什麼。

R. Confessio peccatorum consistit in accusatione distincta nostrorum peccatorum facta Confessario ad obtinendam absolutionem et poenitentiam.

686. Q. Cur Confessio vocatur accusatio?

R. Confessio vocatur accusatio, quia non debet esse indifferens narratio, sed vera et dolorosa manifestatio propriorum peccatorum.

687. Q. Quid est satisfactio vel poenitentia?

R. Satisfactio vel poenitentia est illa preces, vel aliud bonum opus, quod Confessarius injungit poenitenti in expiationem peccatorum.

688. Q. Quid est absolutio?

R. Absolutio est sententia, quam Sacerdos pronuntiat in Nomine Jesu Christi ad remittenda peccata poenitenti.

答告明是在司鐸跟前明白說出自己的罪為得着寬免及補贖

686. 問為什麼這件聖事告解稱告罪

答這件聖事告解稱告罪因為非如同講故事然該是真的難過說出自己的罪

687. 問補贖是什麼

答補贖即是司鐸所定的經或別的善工命辦神工的人做的為補所犯的罪

688. 問赦罪是什麼

答赦罪即是司鐸出的判斷因耶穌基利斯督的名寬

689. P. Ex partibus Sacramenti poenitentiae quaenam est magis necessaria?

R. Ex partibus Sacramenti poenitentiae magis necessaria est Contritio, quia sine illa nunquam potest obtineri remissio peccatorum, et cum ipsa sola, quando est perfecta, potest obtineri venia, dummodo conjungatur cum desiderio, saltem implicito, Confessionis.

Articulus II^{us}

De effectibus et de necessitate Sacramenti poenitentiae et de dispositionibus ad bene illud recipiendum.

690. P. Quot sunt effectus Sacramenti Poenitentiae?

R. Sacramentum Poenitentiae confert 1^o gratiam sanctificantem, per quam remittuntur peccata mortalia et etiam venialia, quae confessi sumus, et quorum habemus dolorem; 2^o Mutat poenam aeternam in temporalem, de qua etiam

赦人罪

689. 問告解幾分當中那一分是最要緊的。

答告解最要緊的一分是痛悔因為沒有痛悔不能得罪之赦併且有了上等痛悔雖未辦神工只要定志願意辦神工亦能得赦罪的恩。

第二節講告解的效驗要緊預備

690. 問告解聖事有幾樣效驗

答告解聖事第一賞賜聖寵赦去大罪及已痛悔已告過的小罪第二永遠的罰變為暫時的罰且這個罰

remittitur plus minusve juxta dispositio-
nes; 3^o: Restituit merita bonorum operum
factorum antequam committeretur pec-
catum mortale; 4^o: Dat animae auxilia
opportuna ne recidat in culpam, et reddit
pacem conscientiae.

691. Q. An Sacramentum Poenitentiae est ne-
cessarium omnibus ad salutem?

R. Sacramentum Poenitentiae est ne-
cessarium ad salutem omnibus illis,
qui post Baptismum commiserunt ali-
quod peccatum mortale.

692. Q. An est bonum confiteri saepe?

R. Confiteri saepe est optimum, quia Sa-
cramentum Poenitentiae praeterquam
quod delet peccata, dat insuper gratias
opportunas ad illa vitanda in posterum.

693. Q. Sacramentum Poenitentiae habet vir-
tutem remittendi peccata, utcumque mul-
ta et gravia sint?

R. Sacramentum Poenitentiae habet vir-
tutem remittendi omnia peccata, utcum-
que multa et gravia sint, dummodo re-
cipiatur cum debitis dispositionibus.

照人的靈魂預備亦能少減的第三復活失落的功
勞第四幫助靈魂再不犯罪又重新使良心平安

691. 問告解聖事為救靈魂可是衆人所要緊的麼

答告解聖事為救靈魂是為領洗後犯過大罪的人要
緊的

692. 問屢次告解好麼

答屢次告解是很好的因為告解聖事不單單救罪還
賞賜相宜的聖寵使人躲避犯罪

693. 問告解聖事能赦很多很重的罪麼

答要當告解能赦不論怎麼樣多不論怎麼樣重的罪

694. Q. Quot res requiruntur ad faciendam bonam Confessionem?

R. Ad faciendam bonam confessionem requiruntur quinque res. 1^a Examen conscientiae. 2^a Dolor offendisse Deum. 3^a Propositum non amplius peccandi. 4^a Accusatio suorum peccatorum. 5^a Satisfactio, vel poenitentia.

695. Q. Quid debemus facere ante omnia pro bona Confessione?

R. Ut bonam faciamus Confessionem ante omnia debemus ex corde rogare Deum, ut Det nobis lumen ad cognoscenda omnia nostra peccata et vires ad illa detestanda.

Articulus III^{us} De Examine.

696. Q. Quid est examen Conscientiae?

R. Examen Conscientiae est diligens inquisitio peccatorum commissorum post ultimam Confessionem bene factam.

694. 問妥當告解有幾條要緊規矩。

答妥當告解有五條要緊規矩。就是一省察、二痛悔、三定改、四告明、五補贖。

695. 問為辦妥當神工先該做什麼。

答為辦妥當神工先該求天主光照我們明悟，使能認得一總所犯的罪，又賞賜力量，使能痛悔。

第三節 講省察

696. 問省察是什麼。

答省察是用心查考自己，從末次辦妥當神工後所犯

697. P. Quomodo fit examen Conscientiae?

R. Examen conscientiae fit revocando diligenter in memoriam, coram Deo, omnia peccata commissa, nunquam accusata, cogitatione, verbo, opere, omissione contra praecepta Dei et Ecclesiae et circa officia proprii status.

698. P. Circa quas alias res debemus examen instituere?

R. Examen etiam instituere debemus circa habitus pravos, et occasiones peccatorum.

699. P. In examine debemus ne etiam quaerere numerum peccatorum?

R. In examine debemus etiam quaerere numerum peccatorum mortalium.

700. P. Quid requiritur ut peccatum sit mortale?

過的罪

697. 問，怎麼樣做省察。

答：省察，即是在天主臺前，用心記記從前所犯過的，還沒有告的罪，即是在所思所言所行所缺相反天主十誡、聖教會規矩及自己本分的罪。

698. 問，還有別的事情該查考麼。

答：還該查考自己習慣的毛病及犯罪的危險。

699. 問：省察時該查明罪的次數麼。

答：省察時該查明大罪的次數。

700. 問：怎麼樣一個罪是大罪了。

R. Ut peccatum sit mortale requiruntur tria: Materia gravis, plena advertentia, et plenus consensus voluntatis.

701. Q. Quando adest materia gravis?

R. Datur materia gravis quando agitur de re notabiliter contraria legi Dei et Ecclesiae.

702. Q. Quando habetur plena cognitio in peccando?

R. Habetur plena cognitio in peccando quando perfecte quis cognoscit se facere grave malum.

703. Q. Quando in peccando datur plenus consensus voluntatis?

R. Habetur plenus consensus voluntatis peccando, quando deliberate quis vult facere aliquid, quod scit esse peccatum.

答成功一个大罪該有三樣一材料是重大的二明白
懂清楚的三故意要了的

701. 問幾時材料是重大的

答重大的罪料即是大相反天主十誡或聖教會的規

矩

702. 問幾時算明白懂清楚了犯的

答明白懂清楚了犯的即是明白知道現在犯重罪了

703. 問何謂故意犯的

答故意犯的即是一件事曉得他是罪倒底情愿還要
犯他

704. P. Quaeenam diligentia adhiberi debet
in examine conscientiae?

R. In examine conscientiae debet ad-
hiberi illa diligentia, quae adhibere-
tur in negotio magni momenti.

705. P. Quantum temporis impendendum est
in examine?

R. Impendi debet in examine conscien-
tiae plus, vel minus temporis, juxta
necessitatem; id est juxta numerum
et qualitatem peccatorum, quae gravant
conscientiam, et secundum tempus e-
lapsum ab ultima confessione bene
facta.

706. P. Quomodo potest facilius reddi exa-
men pro Confessione?

R. Facilius redditur examen pro con-
fessione, si unoquoque vespere quis facit ²⁶⁷
examen super actionibus illius diei.

Articulus IV^{us}
De Dolore.

704. 問省察該怎麼樣用心。

答省察的用心該如同辦一件大事情。

705. 問省察該多少工夫。

答省察工夫的多少該看幾分要緊。即是要看罪的次

數並罪的輕重。又要看前次妥當告解後時候的遠

近。

706. 問神工前怎麼樣能容易省察。

答要神工前容易省察該每晚省察本日的行為。

第四節講痛悔

707. P. Quid est Dolor peccatorum?

R. Dolor peccatorum consistit in Displacencia, et in sincera detestatione offensae Deo illatae,

708. P. Quotuplex est Dolor?

R. Dolor est duplex: perfectus, vel contritionis; imperfectus, vel attritionis.

709. P. Quomodo est Dolor perfectus, vel Contritionis?

R. Dolor perfectus, vel Contritionis est Displacencia offendisse Deum, quia Deus est infinite Bonus et dignus amari per se ipsum.

710. P. Cur vocas Dolorem perfectum Contritionis?

R. Voco Dolorem perfectum Contritionis ob duas rationes. 1^o Quia ipse respicit exclusive Bonitatem Dei, et non nostram utilitatem, vel nostrum damnum. 2^o quia statim

707 問痛悔是什麼。

答痛悔是心裡難過。懊悔得罪了天主。

708 問痛悔有幾樣。

答痛悔有上等下等。兩樣痛悔。

709 問什麼是上等痛悔。

答上等痛悔是心裡難過得罪了天主。因為天主自有萬樣美好。且無窮可愛的。

710 問為什麼這樣痛悔。稱是上等痛悔。

答稱這樣痛悔是上等痛悔。有兩個緣故。第一單想天主的好。不想我自己的好處。自己的害處。第二雖仍

obtinet nobis condonationem peccatorum, quamvis remaneat obligatio Confessionis,

711. Q. Ergo dolor perfectus obtinet nobis condonationem peccatorum independentem a Confessione?

R. Dolor perfectus non obtinet nobis condonationem peccatorum independentem a Confessione, quia semper includit voluntatem confessionis.

712. Q. Cur dolor perfectus vel Contritionis producit hunc effectum reponendi nos in gratia Dei?

R. Dolor perfectus, vel Contritionis producit hunc effectum, quia nascitur ex Charitate, quae nequit simul adesse in anima cum peccato mortali.

713. Q. Quisnam est dolor imperfectus, vel attritionis?

R. Dolor imperfectus, vel Attritionis est ille, per quem nos poenitet offendisse Deum, ut summum iudicem, id est ob timorem poenae nobis debitae, et solvendaе, vel in ista vita,

有辦神工的本分，倒底罪已赦去的了。

711. 問：然則不告解，單發上等痛悔，也能赦罪麼？

答：發上等痛悔，不告解，不得罪之赦，因為發上等痛悔的時候，總該有告解的願意。

712. 問：上等痛悔，怎麼樣能挽回天主的聖寵？

答：上等痛悔，能挽回天主聖寵的效驗，因為上等痛悔，從愛德來的，但愛德不能同罪一齊居在靈魂上。

713. 問：什麼是下等痛悔？

答：下等痛悔，就是我們悔恨得罪天主，因為他是審判的大主，即是因為怕天主，或在世上，或在死後，該受

vel in altera, vel propter turpitudinem peccati.

714. P. Quas condiciones habere debet dolor, bonus ut sit?

R. Dolor, ut sit bonus, oportet habeat quatuor condiciones: Debet esse internus, supernaturalis, summus, et universalis.

715. P. Quid significat dolorem debere esse internum?

R. Dolor internus significat debere esse in corde, et in voluntate, et non tantum in verbis.

716. P. Cur dolor debet esse internus?

R. Dolor debet esse internus, quia voluntas, quae elongata fuerat a Deo, per peccatum, debet redire ad Deum, detestando peccatum commissum.

的罰或因是大罪的醜陋。

714. 問要好好發痛悔該有幾條章程。

答好的痛悔該有四樣章程。一從心裡來的。二超越性情的。三至大無比的。四無一罪不恨的。

715. 問痛悔是從心裡來的。什麼解說。

答痛悔從心裡來的。即是從心中及愛欲內發出來的。不在說話內。

716. 問為什麼痛悔該從心裡來的。

答痛悔該從心內來的。因為犯罪的時候心離了天主。所以現在該痛恨所犯的罪重新回到天主。

717. P. Quid significat Dolorem debere esse supernaturalem?

R. Dolorem debere esse supernaturalem significat debere excitari in nobis per gratiam Dei, et debere concipi per motiva Fidei.

718. P. Cur dolor debet esse supernaturalis?

R. Dolor debet esse supernaturalis, quia supernaturalis est finis, cui dirigitur, id est ad obtinendam veniam a Deo, ad acquirendam gratiam sanctificantem, et jus ad vitam aeternam.

719. P. Explica adhuc melius differentiam inter Dolorem supernaturalem et naturalem.

R. Qui poenitet offendisse Deum, quia Deus est infinite Bonus, et dignus amari per se ipsum, vel quia amisit Paradisum, et meruit Infernum, id est ob malitiam intrinsicam peccati, habet Dolorem supernaturalem,

717. 問痛悔該是超越性情的什麼解說。

答痛悔該是超越性情的，即是從天主的聖寵發出來的，也因信德的緣故有了這個痛悔。

718. 問為什痛悔該是超越性情的。

答痛悔該是超越性情的，因為發痛悔的終向是超性的，即是為得着天主寬免，為重新得着聖寵並永福的名分。

719. 問請你再解說本性與超性的痛悔有什痛分別。

答一個人發痛悔是因為得罪無窮美好的天主，及該愛在萬有之上的天主，或因為失落天堂，又該下地。

quia istae rationes sunt rationes Fidei.
Qui vero poeniteret tantum propter igno-
miniam, vel punitivem, quae veniret ab
hominibus, vel propter damnum pure
temporale, is haberet dolorem naturalem,
quia poeniteret propter motivum ana-

720. P. Cur dolor debet esse summus?

R. Dolor debet esse summus, quia debe-
mus aestimare et odisse peccatum, uti
summum malum, quum sit offensa
Dei Summi Boni.

721. P. Ad dolendum de peccatis an est ne-
cesse lugere, sicut aliquando fit pro
infortuniis hujus vitae?

R. Non est necesse materialiter lugere
prae dolore peccatorum; sed sufficit,
ut in corde pluris fiat de offensa Dei,
quam de quocumque infortunio alio.

獄等。這樣是超性的痛悔。因這些痛悔的緣由，都是信德的緣由。一個人發痛悔，因為無臉，因為人要懲辦，或為不拘什麼世上的害處。這些痛悔是本性的，因他為人性本性的緣故，發了痛悔。

220

問：為什麼痛悔該是至大無比的？

答：痛悔該是至大無比的，因為我們該想該恨，罪是最大的害處，得罪無窮美善的天主。

221

問：發痛悔該流淚，如同哭我遭了一樣世難麼？

答：發痛悔不必下淚，但更該心中悔恨，得罪天主，勝過世上不拘什麼患難。

722. P. Quid significat dolorem debere esse universalem?

R. Dolorem debere esse universalem significat debere se extendere ad omnia peccata commissa mortalia.

723. P. Cur dolor debet se extendere ad omnia peccata mortalia commissa?

R. Dolor debet se extendere ad omnia peccata mortalia commissa, quia qui non poenitet etiam de uno peccato mortali, manet inimicus Dei.

724. P. Quid debemus facere, ut habeamus dolorem nostrorum peccatorum?

R. Ad habendum dolorem nostrorum peccatorum, debemus illum ex corde petere a Deo, et illum excitare in nobis per considerationem maligni mali operati per peccatum.

725. P. Quomodo facies ad excitandam detestationem peccatorum?

722

問痛悔該是魚一罪不恨的什麼解說。

答痛悔該是魚一罪不恨的就是該恨所犯的一總大罪。

723

問為什麼痛悔該恨所犯的一總大罪呢。

答痛悔該恨所犯一總的大罪因為若有一個罪不恨仍做天主的仇人。

724

問為發痛悔該做什麼。

答為發痛悔先該真心求天主賞賜我痛悔後該激動我心勉勵發他。想我犯罪做了多大的不好。

725

問怎麼樣激動起我心發痛悔。

Pl. Ut me excitem ad detestationem peccatorum. 1^o Considerabo rigorem divinae justitiae, et deformitatem peccati, quod deturpavit animam meam et me reddidit dignum poenis aeternis Inferni. 2^o Considerabo me amisisse gratiam, amicitiam, filiationem Dei et hereditatem Paradisi. 3^o Me offendisse meum Redemptorem, pro me mortuum et mea peccata fuisse causam mortis Illius. 4^o Me contempsisse meum Creatorem, meum Deum; me tergum vertisse Illi, meo summo Bono, Digno amari super omnia, et cui servirem fideliter.

726. P. Debemus ne valde solliciti esse, quando pergimus ad Confessionem, ut habeamus verum dolorem nostrorum peccatorum? 274

R. Quando accedimus ad Confessionem debemus esse valde solliciti concipiendi verum dolorem nostrorum peccatorum, quia ista est res praecipua praeter omnibus et si deest dolor, Confessio nil valet.

答為激動我的心一該想天主無窮公義的利害及罪的污穢壞我靈魂又要受永罰二該想失去聖寵失去天主的交情又失去義子的地位天堂的產業三該想得罪我的救世主他為我釘死了又想我的罪是他釘死的緣由四該想我輕慢造我的大主我的天主又想我遠離最大美善最可愛在萬有之上及最該奉事的天主

726.

問告解的時候該十分用心發真心痛悔麼

答告解的時候必該十分用心發真心痛悔因為痛悔是最要緊的若無痛悔告解便沒有用處

727. P. Qui confitetur tantum peccata venialia, debet ne habere dolorem de omnibus?

R. Qui confitetur tantum peccata venialia, ut faciat Confessionem validam, sat est, ut poeniteat de aliquo inter illa; sed ad obtinendam veniam de omnibus, necesse est, ut poeniteat de omnibus, quae cognoscit se commisisse.

728. P. Qui accusat tantum peccata venialia, et poenitet de nullo, an agit bonam Confessionem?

